UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Syntaxis Historiæ Evangelicæ

**Cope, Alan**

**Lovanii, M.D.LXXII.**

121. Quodnam sit magnum & primu[m] legis præceptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

*S. Matthæus.*

ſimē autē oīm & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptē, vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpōdens autē Ieſus, ait illis, Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; virtutē Dei. In reſurrectione enī neq; nubent, neq; nubentur: ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. De reſurrectione aūt mortuorū non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abraham, & Deꝰ Iſaac, & Deꝰ Iacob? Nō eſt Deus mortuorū, ſed viuentiū. Et audientes turbę, mirabantur in doctrina eius. * 121.

*S. Marcus.*

ſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi Deꝰ inquiens, Ego ſum Deus Abrahā, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorū, ſed viuorum. Vos ergo multū erratis. * 121.

*S. Lucas.*

lij ſunt Dei, cùm ſint filij reſurrectionis. Quia verò reſurgant mortui, & Moyſes oſtendit, ſecus rubum ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Deus autem nō eſt mortuorum, ſed viuorum. omnes enim viuunt ei. Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. * 122.

*S. Iohānes.*

## CAP. 122. *Quodnam ſit magnum & primum Legis præceptum.*

*Matth.* 22 * 120. *Mar.* 12. * 120.

*S. Matthæus.*

PHariſæi autem audientes quòd ſilentiū impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eū, Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum

*S. Marcus*

ET acceſsit vnꝰ de Scribis qui audierat illos cōquirētes, & vidēs quoniā bene illis reſpōderit, interrogauit eū qđ eſſet primū oīm mādatū. Ieſus aūt reſpōdit ei, Quia primū oīm mādatū eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Et diliges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primū mādatū. Secundū aūt

*S. Lucas.*

*S. Iohannes.*

*S. Mattheus*

autē ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. * 122.

*S. Marcus.*

ſimile eſt illi, Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatū nō eſt. Et ait illi Scriba, Bene Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquā ſeipſum: maius eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificijs. Ieſus aūt vidēs, quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Nō es lōgè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. * 122.

*S. Lucas.*

*S. Iohannes.*

## CAP. 122. IESVS *interrogat Phariſæos, cuius filius ſit Chriſtus.*

*Matth. 22. * 121. Mar. 12. * 121. Luc. 20. * 120.*

*S. Matthæus.*

Congregatis autē Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicūt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eū Dominū, dicens, Dixit Dominꝰ Dn̄o meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū? Si ergo Dauid vocat eū Dn̄m: quomodo filiꝰ eiꝰ eſt? & nemo poterat ei reſpō dere verbū; neq; auſus fuit quiſquā ex illa die eū amplius interrogare. * 123.

*S. Marcus.*

Et reſpondens Ieſus, dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ, Chriſtum filium eſſe Dauid? Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſancto, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libēter audiuit. * 123.

*S. Lucas.*

Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum filiū eſſe Dauid? & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, Dixit Dn̄s Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum? Dauid ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius eſt? * 123.

*S. Iohannes.*